los asserebat non ita haberi in hebreo · ut tu de · lxx · in
terpretibus · opponebas · studiosissime postulasti · ut post aqui
lam · symachum · et theodotionem · novam edicionem latino
sermone transferrem · Aiebas enim te magis interpretum va
rietate turbari · et amore quo laberis · vel translatione · vel iu
dicio meo esse contentum · Unde inpulsus a te cui et que non
possum debeo · rursum me obtrectatorum latratibus · tradidi · ma
luique te vires meas potius quam voluntatem in amicitia
querere · Certe confidenter dicam · et multos huius operis testes
citabo · me nihil dumtaxat scientem de hebraica veritate
mutasse · Sicubi ergo edicio mea a veteribus · discrepat · inter
roga quemlibet hebreorum · et liquido pervidebis me ab emulis
frustra lacerari qui malunt contempnere videri preclara
quam discere · perversissimi homines · Nam cum semper novas ex
spectant voluntates · et gule eorum (maria) vicina · non sufficiant · cur
in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt ·
Nec hoc dico quod precessores meos mordeam · aut quicquam de
his arbitrer detrahendum · quorum translationem diligenter
emendatam olim lingue mee hominibus dederim · sed quod ali
ud sit ecclesiis xpo credentium psalmos legere · aliud iu
deis calumpniantibus · singula verba respondere · quod opus
culum meum si in grecum ut polliceris transtuleris · ANTI
ΦACNIKΩNTOBΛIACYΔOYCIN · et imperitie mee
doctissimos quoque viros testes facere volueris · dicam tibi
illud oratianum in silvam ne ligna feras · nisi quod hoc habebo
solamen si in labore communi intellegam mihi et laudem et vitupe
rationem tecum esse communem · Vale in domino ihesu · cupio te memi
nisse mei ·

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_39/0083